

Calendario retuli. Tibi autem memento
offero, ne me tam ambitiosè negotiari
credas, ut, etiam cum licet, otiosi recusum.
Remittes ubi integrum erit.

G. Barlaeo.

(74).
Senties haud frustra praefatam fuisse me, non fore ut pro
merito te compellarem Barlaeo doctissime, si quando ex
munificentia Principis tui mei compellendi te nactus
essem. Adeo nempe vestigijs Mauritii insistimus, ut
latum unquam ab ejus consuetudine non decedere
nefas putemus. Ex quo igitur scivisti compertimus raro
illum hanc summutam excessisse. Illicet tanti Barlaeo
est, et omnis illa eruditio, nisi quod hae occasione vario de
te sermone habito totus, quantum potui, optimo Princi-
pi innotuisti: hoc quoque non nihili aestimandum
est. De cetero ignosce mihi postulo civis vitio
vestri non debet, pro tanto nota tu qd exit. Vale
et apocham quam addidi, ubi commodum est, remitte.
Haga - Decembri 1625. Raptim.

Barlaeo
S. P.

G. Hugenius.

(75).
Quod amico consulenti obsecutus sis Barlaeo doctissime
censeo non prudentes minus quam amici a te factum
si quid exim Britannos meos verbi, aulicos praesertim,
valde colleti beneficii commemorationes amant, neque
alia re facilius devinciuntur, aut libentius. Tibi vero
quantilli iste labor est, quem fundere latina verba
non ut plerique, sudare nitamur. Proinde re qua
desse tibi videar, remitto nunc utrasque Literas, quo
vel obsequat protinus referri mihi cures, vel (quod mea
hiesententia est) parumper immutatus, ita nempe ut
evangelici tenoris leniter mentione interjecta, et quodam
modo pro dignitate Musarum et existimatione viri
fortis et Philosophi tuis oculis perstricta, sentiant illi
tam te laesum, contemnere posse, quod et a manu regia
molle designari. Videntur enim hoc pacto non rustica pro-
missionum admoneri posse, quae si te negligere credant
facile illi obliuiscantur. Sed haec ^{melius} meliora caveto, et nisi
quid secus iudicet, quem utique sic statuere velim, scribi
ista ab amico, qui te tanti apud omnes quanti mereris
ex animo cupit. Vale Haga Comitis festina manu
2^o Calendarum Junii 1626.

G. Hugenius.
Odesworthio